Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quo ortulani uerum peribent testimo
nium, nihil fere aliud quam uuas et ficus
proprijs temporibus comedentes: qui se
tunc inter cetera anni tempora pin
guiores cognoscunt. Pinguedo tamen
ex uuis et ficubus acquisita est faci
lime resolutionis: quia carnem mollem
et inflatam generant. Ideo uua post
collectionem aliquot diebus suspensa
melior dicebatur: ¶ Vua passa. vide inst. h. opus
q est addi. ex
tunica. i. albe
rus medici

Vinum ut inquit conciliator est
sucus de uitium uuis expressus quo
nullus existit liquor nature huma
ne accomodatior. Numquam enim ex
arte aut ex natura aliquid reperiri
potuit quod uices uini in bonitatibus
et conformitate suppleret. Qui aut
accumulatas uirtutes quibus ab aucto
ribus uinum extollitur aut narrare aut
scribere ausus foret. Ab ignorantibus
forte potius uini amicus quam scientificus
uideretur: Sed sufficiat aliquas ex suis
melioribus uirtutibus narrare. ¶ Vi
no quippe moderato sumpto nullus
est cibus, aut potus melior. In mode